UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Svccinctam Doctrinarum Asceticarum Svmmam Comprehendens - Quam ad majorem omnium in Ascesi proficere cupientium utilitatem ac subsidium

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1685

§. 2. De Oratione Vocali.

urn:nbn:de:hbz:466:1-48214

Visual Library

cum, nudum, mendicum, famelicum, ab omnibus derelictum conſtituat: ſi affectibus potiùs voluntatis quàm diſcurſibus intellectûs inſiſtatur: ſi non in generalibus duntaxat terminis conſiſtendo, ſed ad particularia deſcendendo, virtutis cujuſpiam exercitium, aut vitij fuga proponatur: ſi circa eandem materiam magis neceſſariam, per plures dies meditatio continuetur. Quæ omnia fuſiùs explicata apud Rodriquez videri poſſunt.

De Oratione vocali in ſpecie.

XI. De hac ſpeciatim ſequentia nôſſe debet Aſceta. 1. Quis ſit ſcopus illius, videlicet *Laudare* DEUM & Sanctos illius: *Varias gratias* à DEO & Sanctis *petere*: *varios virtutum actus exercere*, aut certè earundem eliciendarum propoſitum concipere. 2. Quis ſolidus & optimus ſit, hanc orationem peragendi, videlicet is, quem S. David ſuaſit, dum dixit: Pſallite DEO noſtro, pſallite: pſallite Regi noſtro, pſallite: quoniam Rex omnis terræ DEUS, pſallite ſapienter. Ubi quinquies repetito verbo *pſallite*, inſinuare videtur voluiſſe, quoad *habitum* & *ſitum corporis* reverenter: quoad *vocem* diſtinctè, & non præcipitanter: quoad *memoriam* attentè: quoad *intellectum* intelligenter: quoad *voluntatem* ardenter & devotè eſſe orandum, quod præſtabitur, ſi affectus in ipſa oratione contenti, præcipuè gratulationis, doloris, timoris, fiduciæ, deſiderij, amoris eliciantur, & interna quædam ac ſingularis reverentia SS. JESU & MARIÆ nominibus, & ad verſum *Gloria Patri &c.* exhibeatur. 3. Quanti facienda ſit hæc oratio, quantáque

tâque adeò diligentiâ ac reverentiâ peragenda, cù[illegible] rè homines nos, quid oremus, ſicut oportet, n[illegible] mus; qui autem ſcrutatur corda, ſciat, quid deſi[illegible] Spiritus, quia ſecundùm DEUM poſtulat; atq[illegible] deò Breviarium & alij ſimiles libelli ſint quaſi o[illegible] nes à S. Spiritu compoſitæ, & dictatæ; ſi ergo[illegible] ceptor ſummopere dolet, ſi oratio ab ipſo mag[illegible] bore compoſita, non ea, quâ decet, membro[illegible] vocis moderatione decentiâque recitetur; q[illegible] magis diſplicebit Spiritui Sancto, ſi orationes a[illegible] dictatæ oſcitanter, & parùm decorè perſolvantu[illegible]

CAPUT IV.

DE CONTEMPLATIONE ET COGNITIONE DEI.

I. Eſt divinarum perfectionum & attribu[illegible] intuitiva cognitio; quæ ut faciliùs obtineatur, [illegible] tuor de illa bene conſideranda ſunt Aſcetæ, n[illegible] Natura, Materia, Inſtrumenta, Effectus; de q[illegible] fuſiùs agunt Scriptores, ſed hoc loco breviter d[illegible] xat indicanda ſunt, quæ magis neceſſaria ſunt [illegible] nam reliqua magis experientia, quàm multis pr[illegible] addiſcuntur.

II. Naturam itaque Contemplationis qu[illegible] tinet, Communis omnium, inquit P. Hugo R[illegible] 3. c. 26. ſect. 1. qui de contemplandi actu ſcrib[illegible] ſenſus eſt, nomen hoc preſsè ac propriè indicare q[illegible] dam rationem res ſibi objectas fixè inſpiciendi, [illegible] intimè velis penetrare; ſic enim oculorum ſenſ[illegible] fectè aliquid cognoſcimus, quando omnibus aliis [illegible] ctis uni illi totam viſus aciem intendimus. Ha[illegible]

qu[illegible]